

11 Die Optimaten

Ksp. 96-102

Der Ankläger hatte in seiner Rede vor Gericht Sestius die Verbindung mit der »Optimatensipp-schaft« (*natio optimatium*) vorgeworfen. Auf diesen Begriff geht Cicero im Folgenden ausführlich ein.

Teil 1

Duo genera semper in hac civitate fuerunt eorum,
qui versari in re publica
atque in ea se excellentius gerere studuerunt;
quibus ex generibus alteri se populares,
5 alteri optimates et haberi et esse voluerunt.

versārī in rē pūblicā: sich in der Politik betätigen
excellentius sē gerere: eine herausragende Rolle spielen
populārēs, ium *m.*: Popularen, Anhänger der Volkspartei
optimātēs, ium *m.*: Optimaten, Aristokraten, Patrioten

Qui ea, quae faciebant quaeque dicebant,
multitudini iucunda volebant esse, populares,
qui autem ita se gerebant,
ut sua consilia optimo cuique probarent,
10 optimates habebantur.

probāre aliquid alicui: hier: jmd. etw. annehmbar machen, jmd. mit etw. gefallen wollen
optimus quisque: gerade die Besten
numerō: *Abl. respectus*
innumerābilis, e: unzählig
stāre: hier: sich behaupten
cōnsilium pūblicum: Staatsrat
sectam alicuius sequi: jmd.s Anhänger sein
ōrdō, dinis *m.*: Ordnung; (gesellschaftl.) Stand
mūnicipālīs, is *m.*: Bewohner einer Landstadt
rūsticus: Bauer
negōtīi gerēns, ntis *m.*: Geschäftsmann
libertīnus: Freigelassener

Quis ergo iste optimus quisque?
Numero, si quaeris, innumerabiles,
neque enim aliter stare possemus;
sunt principes consilii publici,
15 sunt, qui eorum sectam sequuntur,
sunt maximorum ordinum homines,
quibus patet curia,
sunt municipales rustique Romani,
sunt negotii gerentes,
20 sunt etiam libertini optimates.

Numerus, ut dixi, huius generis
late et varie diffusus est;
sed genus universum, ut tollatur error,
brevis circumscribi et definiri potest.

lātē et variē diffūsus: weithin und über alle Schichten verbreitet
genus ūniversum: die Gruppe als ganze
brevis: *Adv. zu brevis*, e
circumscribere: umschreiben
dēfīnīre: bestimmen, definieren

25 Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt
nec natura improbi nec furiosi
nec malis domesticis impediti.

nocēns, ntis: schädlich
furiōsus: fanatisch
malīs domesticīs impeditus: in häusliches Elend verstrickt

<p>Esto igitur, ut ii sint, quam tu »nationem« appellavisti, qui et integri sunt 30 et sani et bene de rebus domesticis constituti.</p>	<p>estō, ut: hieraus folgt, dass sint: <i>erg.</i> optimātēs quam ≈ quōs nātiō, ōnis <i>f.</i>: <i>hier.</i> Sippschaft sānus: gesund; vernünftig bene dē rēbus domesticīs cōsti- tūtus: in geordneten Verhältnis- sen lebend</p>
<p>Horum qui voluntati, commodis, opinionibus in gubernanda re publica serviunt, defensores optimatum ipsique optimates gravissimi 35 et clarissimi cives numerantur et principes civitatis.</p>	<p>commodum: Vorteil, Interesse gubernāre: steuern, lenken gravis, e: <i>hier.</i> bedeutend clārus: <i>hier.</i> angesehen</p>
<p>Quid est igitur propositum his rei publicae gubernatoribus, quod intueri et quo cursum suum derigere debeant?</p>	<p>prōpositum: Vorsatz, Ziel gubernātor, ōris <i>m.</i>: Lenker, Lei- ter intuērī: betrachten, sehen cursum dērigere: Kurs ausrichten</p>
<p>40 Id, quod est praestantissimum maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis, cum dignitate otium. Hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri 45 et conservatores civitatis putantur; neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant, neque ullum amplexari otium, 50 quod abhorreat a dignitate.</p>	<p>optābilis, e: wünschenswert beātus: <i>hier.</i> wohlhabend</p> <p>cōservātor, ōris <i>m.</i>: Erhalter, Retter rērum gerendārum dīgnitās: An- sehen aus politischer Tätigkeit efferrī: sich hinreißen lassen prōspicere, iō + <i>Dat.</i>: <i>hier.</i> sich kümmern um amplexārī aliquid: sich an etw. klammern abhorrēre ab, uī, -: zurück- schrecken vor, nicht passen zu</p>

- 1 Welche politischen Gruppierungen gibt es in der römischen Gesellschaft und wodurch unterscheiden sie sich (Z. 1-10)? Zitieren Sie lateinisch.
- 2 Welche Personen rechnet Cicero zu den Optimaten und wodurch zeichnen sie sich aus?
- 3 Informieren Sie sich, z.B. im Internet, über den Aufbau der römischen Gesellschaft und die Ständeordnung.
- 4 (a) Welches Ziel verfolgen die positiv dargestellten Staatslenker? Nennen Sie den lateinischen Schlüsselbegriff. – (b) Umschreiben Sie mit eigenen Worten, was damit gemeint sein könnte. Berücksichtigen Sie auch Z. 46-50. – (c) Lesen Sie den Zusatztext »Übersetzungsbeispiele« (S. 29) und begründen Sie, welche Übersetzung Ihnen am besten erscheint.

Teil 2

Huius autem otiosae dignitatis
haec fundamenta sunt, haec membra,
quae tuenda principibus
et vel capitis periculo defendenda sunt:

- 5 religiones, auspicia, potestates magistratuum,
senatus auctoritas, leges,
mos maiorum, iudicia, iuris dictio,
fides, provinciae, socii, imperii laus,
res militaris, aerarium.

- 10 Harum rerum tot atque tantarum esse
defensorem et patronum
magni animi est,
magni ingenii magnaque constantiae.
Etenim in tanto civium numero
15 magna multitudo est eorum,
qui aut propter metum poenae,
peccatorum suorum conscii,
novos motus conversionesque
rei publicae quaerant
20 aut qui propter insitum quendam animi furorem
discordiis civium ac seditione pascantur
aut qui propter implicationem rei familiaris
communi incendio malint quam suo deflagrare.

- Qui cum tutores sunt et duces
25 suorum studiorum vitiorumque nacti,
in re publica fluctus excitantur,
ut vigilandum sit iis,
qui sibi gubernacula patriae depoposcerunt,
enitendumque omni scientia ac diligentia,
30 ut, conservatis iis,
quae ego paulo ante
fundamenta ac membra esse dixi,
tenere cursum possint
et capere otii illum portum et dignitatis.

ōtiōsa dīgnitās: in Würde aufrecht-
erhaltener Friede
fundāmentum: *Grundlage*
membrum: *Glied, Element*
religiōnēs: *hier: Kulte*
potestās, tātis *f.: hier: Befugnis*
auctōritās, tātis *f.: hier: Autorität,*
Machtstellung
iūdicia, iūris dictiō: Straf- und Zivil-
gerichtsbarkeit
fidēs, eī *f.: hier: Treuepflicht*
laus, laudis *f.: hier: Ruhm*
aerārium: Staatskasse, Finanzen

patrōnus: *Schutz-, Schirmherr*
māgnī animī est: es ist Zeichen von
großem Mut
cōstantia: Standhaftigkeit
etenim: denn, nämlich
peccātum: Verfehlung
cōnscius alicuius rei: einer Sache
bewusst
novus: *hier: revolutionär*
conversio, ōnis *f.: Umwälzung*
īnsitus: angeboren
furore, ōris *m.: hier: Wahnsinn*
discordia: Zwietracht
sēditio, ōnis *f.: Aufstand, Aufruhr*
pāscere, pāvī, pāstum: weiden
implicatio, ōnis *f. rei familiaris: zer-*
rüttete Vermögensverhältnisse
incendio deflagrāre: im Brand un-
tergehen

tutor, ōris *m.: Beschützer, Verfechter*
fluctus excitantur: die Wellen schla-
gen hoch
ut: *konsekutiv*
vigilāre: wachen, wachsam sein
gubernāculum: Steuerruder
dēposcere, poposcī, -: beanspruchen
enīti, ut: sich dafür einsetzen, dass

capere: *hier: erreichen*

35 Hanc ego viam, iudices,
 si aut asperam atque arduam
 aut plenam esse periculorum aut insidiarum negem,
 mentiar,
 praesertim cum id non modo intellexerim semper,
 40 sed etiam praeter ceteros senserim.

hanc ... iūdicēs: gehört in den *sī*-Satz
 arduus: steil

mentīri: lügen
 praeter ceterōs: mehr als andere
 sentīre: hier: am eigenen Leibe
 erfahren

- 1 (a) Suchen Sie Oberbegriffe für die Z. 5-9 genannten Begriffe. Was ist ihnen gemeinsam?
- 2 Welche Eigenschaften müssen die Männer haben, die sich für die in Z. 5-9 aufgeführten Werte einsetzen? Zitieren Sie lateinisch.
- 3 Charakterisieren Sie die gegnerische *multitudo* (Z.15) und ihre Motive.
- 4 Wie stellt sich Cicero am Ende des Textes dar und was will er damit bewirken?
- 5 Lesen Sie den Zusatztext und vergleichen Sie mit Ihrer Antwort zu Teil 1, Aufgabe 4 (b).

Cum dignitate otium

Dignitas entspricht nicht unserem Begriff »Würde«. Die Würde ist in unserem Sprachgebrauch ein absoluter Wert, der jedem Menschen zukommt. *Dignitas* aber betont nicht die Gleichheit der Menschen, sondern ihre Ungleichheit. Sie hebt die gesellschaftlichen Unterschiede hervor, indem sie die von der Gesellschaft anerkannte Geltung, die Vorrangstellung bezeichnet, die einer auf Grund von Geburt oder eigenem Verdienst einnimmt. *Otium* ist das Gegenteil von *negotium*, also von den Tätigkeiten, die das Leben des römischen Mannes ausfüllten: Geld- und Handelsgeschäfte, vor allem aber die öffentliche Tätigkeit auf militärischem und politischem Gebiet. *Otium* bezeichnet alles, was zur privaten Sphäre gehört, ob es sich nun um ein Ausruhen von angestrenzter Tätigkeit handelt oder um ein Gespräch unter Freunden oder um Beschäftigung mit Kunst und Wissenschaft, mit Literatur und Philosophie. In der Sprache der Politik ist *otium* häufig identisch mit Ruhe und Frieden, besonders im Innern [...]. *Dignitas* und *otium* sind Begriffe, die sich sowohl auf Individuen als auch auf Kollektive und Institutionen anwenden lassen.

(Cicero, Pro P. Sestio oratio/Rede für P. Sestius, Lateinisch/Deutsch. Übersetzt und herausgegeben von G. Krüger, Stuttgart 1980, S. 196f.)

Übersetzungsbeispiele für „cum dignitate otium“

- der mit Würde bewahrte Frieden (M. Fuhrmann)
- Frieden in Ehren (H. Kasten)
- ehrenvoller Ruhestand (<http://geschichtsverein-koengen.de/RoemSprichwort.htm>)

Teil 3

Maioribus praesidiis et copiis
oppugnatur res publica,
quam defenditur,
propterea quod audaces homines et perditii
5 nutu impelluntur
et ipsi etiam sponte sua
contra rem publicam incitantur,
boni nescio quo modo tardiores sunt
et principiis rerum neglectis
10 ad extremum ipsa denique necessitate excitantur,
ita ut non numquam cunctatione ac tarditate,
dum otium volunt etiam sine dignitate retinere,
ipsi utrumque amittant.

Propugnatores autem rei publicae
15 qui esse voluerunt,
si leviores sunt, desciscunt, si timidiore, desunt:

Permanent illi soli
atque omnia rei publicae causa perferunt,
qui sunt tales, qualis pater tuus, M. Scaure, fuit,
20 qui a C. Graccho usque ad Q. Varium
seditiosis omnibus restitit,
quem numquam ulla vis,
ullae minae, ulla invidia labefecit; [...]

aut, ut vetera exempla,
25 quorum est copia digna huius imperii gloria,
relinquam,
neve eorum aliquem, qui vivunt, nominem,
qualis nuper Q. Catulus fuit,
quem neque periculi tempestas neque honoris aura
30 potuit umquam de suo cursu
aut spe aut metu demovere.
Haec imitamini, per deos immortales,
qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quaeritis!
Haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia;
35 haec fama celebrantur,
monumentis annalium mandantur,
posteritati propagantur.

praesidia et cōpiae: Truppen und
Machtmittel
quam: *bezieht sich auf* māiōribus
audācēs ... et perditī: *gemeint sind die*
Anhänger des Clodius
nūtus, ūs m.: Wink
impellere, pulī, pulsum: anstoßen,
antreiben
incitāre: *hier*: aufwiegeln
nesciō quō modō: aus irgendeinem
Grund
tardus: *hier*: träge, bequem
ad extrēmum: schließlich
dēnique: *hier*: im letzten Moment
excitāre: *hier*: aufrütteln
cūctātīō, ōnis f.: Zögern
tarditās, tātis f.: Trägheit

prōpūgnātor, ōris m.: Vorkämpfer,
Verteidiger
dēsciscere: ihrer Aufgabe untreu
werden
dēesse: *hier*: von vornherein aufge-
ben

permanēre: *hier*: ausharren
M. Scaurus: *Vater des Prätors, vor dem*
wohl der Prozess stattfindet
C. Gracchus: *Völkstribun (123 und 122*
v. Chr.)
Q. Varius: *Völkstribun (91 v. Chr.)*
sēditīōsus: Aufführer
minae, ārum f.: Drohungen
invidia: *hier*: Missgunst, Anfeindung
labefacere: erschüttern, ins Wanken
bringen

nēve: und damit nicht
nūper: *hier*: kürzlich
Q. Catulus: *Konsul 78 v. Chr., als Opti-
mat Gegner der Sullaner*
aura: *hier*: Aussicht
dēmōvēre: abbringen
haec: *erg.* exempla
imitārī: nachahmen
per: *hier*: bei
monumenta annālium mandāre: in
geschichtlichen Dokumenten fest-
halten
posteritās, tātis f.: Nachwelt
prōpāgāre: überliefern

- Suchen Sie aus dem Text alle lateinischen Begriffe zu den Sachfeldern »menschliche Eigenschaften« und »Werte« heraus und ordnen Sie diese zu einer Mindmap.
- Wie stellt Cicero hier die politische Lage dar und wen macht er dafür verantwortlich? Zitieren Sie lateinisch.
- Erläutern Sie Z. 12f.
- In welcher Absicht führt Cicero hier die Namen früherer Politiker an?
- Worin sieht er die Lösung des Problems und mit welchen stilistischen Mitteln unterstreicht er seine Aussage?
- Nehmen Sie Stellung zu Ciceros »Problemlösung«.

Der politische Aufbau der römischen Republik

